

vos nobis debita iuxta ordinationem dicti Ghini disponatis. Cui super hoc plenarie exposuimus votum nostrum.

Dat. apud Montem Imperialem in castris supra Florentiam, XV. Kalen. Martii, rengni nostri anno quinto, imperii vero primo.

1313 Febr. 23.

Heinricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus dilectis fidelibus suis . . potestati, consilio et comuni Tuderti gratiam suam et omne bonum.

Volumus et presentium vobis tenore mandamus, quatinus de illa peccunie summa, in qua nobis tenemini, tradatis dilecto hostiario nostro Butio de Urbeveteri CXXXVIII flor(enos) et octo Turenenses, in quibus causa duorum equorum perditorum sibi tenemur. Presentes vobis licteras in testimonium retinentes et eas exhibituri in computatione, quam cum nostris gentibus facietis de hiis. Que sibi per huiusmodi nostrum mandatum duxeritis exhibenda, de quibus harum testimonio vos quietos esse volumus et solutos.

Dat. in castris apud Montem Imperialem Florent. dioc., VII. Kalen. Martii, rengni nostri anno quinto, imperii vero primo.

Soll geschehen. Anleihe bei Juden beschlossen.

Am ¹ 7. Apr. läuft ein Schreiben vom 15. März ein von Bindus de Baschis, Heinrichs VII. Vicar von Pisa 'pro aliquo tempore', der im Namen seiner Stadt die von Todi um 8—10 'homines qui sunt de acavallata vestra' bittet. 6 Mann werden geschickt, die namentlich aufgeführt sind.

II. Aus 'Liber Reformationum' 1328².

Am 7. Jan. läuft ein Schreiben König Ludwigs ein:

1328 Jan. 4.

Ludovicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris consilio et comuni Tuderti suis et imperii fidelibus dilectis gratiam suam et omne bonum.

Requisivimus vos alias scriptis nostris de mictendo nobis subsidio armatorum, quod effectui non mandastis nec

1) Nicht überall sind die vorhandenen Theile foliiert. 2) Für 1327 ist der genauere Titel vorhanden: 'Reformationes consilii centum et adiunctorum'.